

De figurarum apud Thucydidem usu.

Quaeret fortasse quispiam, quem fructum ferat de figurarum apud Thucydidem usu disserere. Respondemus huius rei dissertatiuncula aliquid afferri posse nobis videri, ut Thucydidis oratio qualis sit accuratius perspiciatur et nonnumquam codicibus varias lectiones praebentibus quae reicienda, quae recipienda sit, diiudicetur vel etiam aliquot locis a librariis prorsus depravatis vera lectio constituatur. Sed non ut libros Thucydideos emendationibus vexemus, usum figurarum disserendum adiimus; altera causa est, qua ut in hac re versemur, magis adducimur. Omnes scimus temporibus belli Peloponnesiaci eloquentiae studium ex Sicilia profectum et in Graeciam propagatum imprimis Athenis viguisse, neque quisquam doctus negat Thucydidem in libris de bello Peloponnesiaco conficiendis rhetorum qui tunc Athenis florerent praecepta secutum schemata quaedam ab illis inventa valdeque commendata atque ab aequalibus vehementer comprobata ad orationem exornandam adhibuisse. At cum usum figurarum in scriptis Thucydideis omnes elucere consentiant, tamen quomodo et quantopere illis orationis luminibus usus sit, dissentiunt etiamque si iudicia ab hominibus doctis et antiquitatis et recentioris aetatis facta examinaveris, sententias invenies plane inter se oppositas.

Ut de hac re ratione ac via disputemus, prius quaeramus, quae figurae accipiendae sint, cum neque quae antiqui rhetores schemata dicunt, omnia h. l. tractanda esse videantur et loci aliquot a recentioris aetatis hominibus in schematum numerum relati, cum figurae omnino non sint, prorsus repudiandi sint.

Prae ceteris laudanda sunt, quae sub nomine Alexandri Numenii vulgo feruntur: Spengel rhet. gr. v. III 11 *σχῆμα δὲ ἐστὶν ἐξάλλαξις λόγου ἐπὶ τὸ κρεῖττον κατὰ λέξιν ἢ κατὰ διάνοιαν ἄνευ τρόπου*. Cfr. Tib. Sp. III 59 *ἔστι τοίνυν σχῆμα τὸ μὴ κατὰ φύσιν τὸν νοῦν ἐκφέρειν μηδὲ ἐπ' εὐθείας, ἀλλ' ἐκτρέπειν καὶ ἐξαλλάσσειν τὴν διάνοιαν κόσμου τινὸς τῇ πλάσει ἢ χρείας ἕνεκα* et Phoebamm. Sp. III 43. Neque a praeceptis Graecorum rhetorum abhorrent quae dicit Quintilianus IX 1, 4, *figura, sicut nomine ipso patet, conformatio quaedam a communi et primum se offerente ratione* et IX 1, 14 *ergo figura sit arte aliqua novata forma dicendi*. Idem quae genera schematum sint, optime docet IX 1, 17 *inter plurimos enim quod sciam, consensus est, duas esse partes, διανοίας, id est mentis vel sensus vel sententiarum, et λέξεως, id est verborum vel dictionis vel elocutionis vel sermonis vel orationis*. Sententiarum figuris pertractatis ad figuras transgreditur verborum IX 3, 2, *verum schemata λέξεως duorum sunt generum: alterum loquendi rationem vocant, alterum maxime collocatione exquisitum est. Quorum tametsi utrumque convenit orationi, tamen possis illud grammaticum hoc rhetoricum magis dicere*. Quintilianus cum *grammaticum* sermonis figurarum genus dicat — quod nomen nisi fallor apud eum solum exstat — *brevissime significavit*

ea schemata, quae nostrae aetatis doctorum plurimi e finibus rhetoricae eicienda esse iudicant: temporum et personarum enallagen, numeri et generum permutationem, antiptosis, alia quae sunt huiusmodi, cum ad grammaticen pertineant, ad eam nos quoque reicimus et h. l. abesse volumus. Cum quae apud Dionysium Halicarnasensem iud. de Thuc. c. XXIV leguntur, ἐπὶ δὲ τῶν σχηματισμῶν, ἐν οἷς μάλιστα ἐβουλήθη διενεργεῖν τῶν πρὸ αὐτοῦ, πλείστην εἰσενεργάμενος σπουδὴν¹⁾ et multa alia de figuris grammaticis dici ex iis quae sequuntur appareat, nobis iudicia de Thucydidis figurarum usu facta prolaturis providendum est ut eos tantum locos, quibus de rhetorici non de grammatici generis figuris dictum sit, ex libris afferamus. Quid Cicero, gravissimus auctor, hac de re senserit, intellegas ex orat. § 38, de industriaque, non ex insidiis sed aperte ac palam elaboratur ut verba verbis quasi dimensa et paria respondeant,²⁾ ut crebro conferantur pugnancia comparenturque contraria³⁾ et ut pariter extrema terminentur eundemque referant in cadendo sonum,⁴⁾ — — — haec tractasse Thrasymachum Calchedonium primum et Leontinum ferunt Gorgiam, Theodorum inde Byzantium multosque alios — — —: quo magis sunt Herodotus Thucydidesque mirabiles; quorum aetas cum in eorum tempora, quos nominavi, incidisset, longissime tamen ipsi a talibus deliciis vel potius ineptiis afuerunt.⁵⁾ Et vide § 219: si quae veteres illi — Herodotum dico et Thucydidem totamque eam aetatem — apte numero sequere dixerunt, ea non numero quaesito, sed verborum collocatione ceciderunt. Formae vero quaedam sunt orationis, in quibus ea concinnitas est, ut sequatur numerus necessario; nam cum aut pari refertur aut contrarium contrario opponitur aut quae similiter cadunt verba verbis comparantur, quidquid ita concluditur, plerumque fit ut numero cadat.⁶⁾ Celebratius autem est iudicium, quod Dion. cum in aliis libris fecit tum iis qui inscripti sunt, περὶ τοῦ Θουκυδίδου χαρακτήρος et ἐπιστολῇ πρὸς Ἀμμαῖον δευτέρα περὶ τῶν Θουκυδίδου ἰδιωμάτων.⁷⁾ Cuius epistolae c. XVII Dion. dicit: οἱ δὲ μειρακιώδεις σχηματισμοὶ τῶν ἀντιθέτων τε καὶ παρομοίων καὶ παρισώσεων, ἥμιστα τῶν χαρακτήρι τούτῳ προσήκοντες, αὐστηρὰν ἔχοντι τὴν ἀγωγὴν καὶ τοῦ κομποῦ πλείστον ἀφεστηχότι, τοιοῦτοί τινές εἰσι παρὰ τῷ συγγραφεῖ et exemplis prolatis (I 2, 1; I 70, 3; III 82, 4) pergit: πολλὰ τοιαῦτά τις ἂν εὔροι δι' ὅλης αὐτοῦ τῆς ἱστορίας λεγόμενα.⁸⁾ Quantopere rhetor Thucydidem reprehendat, cum pueriles apud illum figuras inveniri contendat, vel ex eo apparet quod alio loco se figurarum illarum non genus ipsum, sed redundantiam reprehendere aperte dicit.⁹⁾ Eiusdem epistolae c. II, εὔροι δ' ἂν τις οὐκ ὀλίγα καὶ τῶν θεατρικῶν σχημάτων κείμενα παρ' αὐτῷ, τὰς παρισώσεις λέγω καὶ παρονομασίας καὶ ἀντιθέσεις. Eadem verba exstant de Thuc. iud. XXIV 4. Saepissime Dionysium locos ex libris Th. excerptos, quibus illas figuras de industria elaboratas deprehendere sibi videatur, vehementer vituperare quicumque librum περὶ τοῦ Θουκυδίδου χαρακτήρος perlegit, non ignorat.¹⁰⁾ Quem quod a talibus deliciis vel potius ineptiis longissime afuerit, Cicero dicit esse mirabilem, eidem Dionysius puerilium figurarum exprobrat multitudinem! Quae apud Quintilianum IX 4, 18 leguntur, in contionibus quidem etiam similiter cadentia quaedam et contraposita depre-

¹⁾ ἰσάκωλα. ²⁾ ἀντίθετα. ³⁾ ὁμοιότεια, ὁμοίωτα.

⁴⁾ De Jsoer. iud. c. 13 καὶ οὐ τὸ γένος μέφομαι τῶν σχημάτων (ἀντιθέσεις, παρισώσεις, παρομοιώσεις dicit rhetor), ἀλλὰ τὸν πλεονασμὸν. Quibus verbis prohibemur ne Volkmano Rhetor. p. 412, ubi quid Dionysius de figuris quibusdam senserit, explicat, prorsus assentiamur.

⁵⁾ C. XLVI, ὀχληρὰ δὲ κάκεινα τὰ μειρακιώδη καλλωπίσματα τῆς λέξεως (Th. II 62, 3); XXIX, ἐπιτίθησι τὰ θεατρικὰ σχήματα . . . , καὶ τὰ ἐπιθετὰ καλλωπισμοῦ χάριν κείται, (Th. III 82, 4). V. ep. ad Pomp. de Platone II et de admir. vi dicendi in Demosth. VI, τῆς Γοργίου καὶ Θουκυδίδου κατασκευῆς et IV, τῆς δὲ Θουκυδίδου καὶ Γοργίου τὴν μεγαλοπρέπειαν καὶ σεμνότητα καὶ καλλιλογίαν.

hendas' ad Thucydidem, quamquam nomen additum non est, spectant.*) Ex vita Thucydidea quae sub finem tertii p. Chr. saeculi composita sub nomine Marcellini fertur, commemoranda sunt § 36 ,ἐξήλωσε δὲ ἐπ' ὀλίγον, ὡς φησὶν Ἄντυλλος, καὶ τὰς Γοργίου παρῳασίας καὶ τὰς ἀντιθέσεις τῶν ὀνομάτων, εὐδοκιμούσας κατ' ἐκείνο καιροῦ παρὰ τοῖς Ἑλλησιν', § 51 ,πολυειδῆς δὲ ἐν τοῖς σχήμασι, τὰ πολλὰ καὶ τῶν Γοργίου μιμούμενος', § 53 ,ποικίλας εἰρωνείας εἰσφέρων καὶ ἐρωτήσεις ποιούμενος', § 56 ,ποικιλώτατος μὲν ἐν τοῖς λέξεως σχήμασι, κατὰ δὲ τὴν διάνοιαν τὸναντίον ἀσχημάτιστος· οὔτε γὰρ εἰρωνείαις οὔτε ἐπιτιμήσεσιν οὔτε ταῖς ἐκ πλαγίου βήσεσιν οὔτε ἄλλαις τισὶ πανουργίαις πρὸς τὸν ἀκροατὴν χέχρηται.' Cuius rei quae causa sit, § 57 dictum est, ,οἶμαι δὲ οὐκ ἀγνοία σχηματισμοῦ τοῦ κατὰ διάνοιαν παρεῖναι τὸν Θεουκιδίδην τὸ τοιοῦτον, ἀλλὰ τοῖς ὑποκειμένοις προσώποις πρέποντας καὶ ἀρμόζοντας συντιθέμενα τοὺς λόγους. Iam verba allata (cfr. § 36 et 51, § 53 et 56) docent vitam quam Marcellini dicunt, non unius sed complurium esse.**)

Etiam scholiastae librorum Th. schemata inesse multis locis adscripserunt, e. c. I 2, 1 σχῆμα Γοργίου, I 144, 4 ἡ Γοργίου παρῳασίας.

Etiam recentiorum Th. interpretum sententiae diversae sunt. Reiskii iudicium pervulgatius atque tritius est, quam in quo versemur. Haec tantum verba in memoriam revocare liceat: Welch' ein Zwang beim Th. in Worten und Gedanken! Keine mathematische Figur kann sorgfältiger mit Zirkel und Reissfeder nach abgemessenen und sich aufeinander beziehenden Verhältnissen entworfen sein, als in diesen Reden die ersten und letzten Abschnitte der Perioden mit einer ängstlichen Beobachtung des Ebenmasses und des Gegensatzes aufeinander passen. — — Wahrlich ein so kindisches und läppisches Gezier! — — Ex iis quae Poppo (prolegg. I p. 262 et de hist. Th. comm. p. 74) et Krüger (Dion. H. historiogr. p. XXXVIII) dicunt, Ciceronis verba hunc defendere, illum prorsus impugnare videmus. Laudat tamen Poppo Thucydidem quod aptissimis locis apud eum figurae multae positae sint, et uterque in orationibus quidem temporum quae perscribantur elocutione figurata utendum esse dicit. Vide etiam quae apud O. Müller (Griech. Literatur p. 366) leguntur. Jul. Arndt: de Th. arte scribendi (progr. Magdeburg 1865) p. 13—16 de figuris orationis disserit. Postquam locis I 70 et II 60, 4 prolatis quomodo contraria membra singula singulis respondeant, accuratissime explicuit, alia confert exempla, quibus scriptorem antithetorum efficiendorum causa verba quaedam nimis audaacter usurpavisse (III 13, 2) aut casum minus aptum sententiaeque repugnantem posuisse (II 74, 2) contendat; quin etiam p. 16 verba leguntur ,...Pericles autem II 60, 2 (corr. II 35, 2) haec antithetica ratione falsum aliquid pronuntiare aut certe sibimet ipsi contradicere coactus est... (!). At v. interpretes ad h. l. Blass qui de Thucydide subtiliter ingenioseque iudicavit haec fere sentit (die attische Beredsamkeit von Gorgias bis auf Lysias p. 212): antitheta

*) Spalding quidem annotat haec verba in universum de historiarum scriptoribus dici, sed cum Lysia, Herodoto, Thucydide nominatis (§ 16) et Lysiae dicendi textum illud tenuerit atque rasum explicaverit et Herodoti verborum quae leniter fluant et ipsius dialecti incunditatem praedicaverit, quaerere licet, nonne h. l. quidquam proprie de Thucydide dictum sit. Ac vero duo sunt, quibus Thucydidem significari ut putemus adducimur: prius quod nemo scriptorum illius aetatis in orationibus similiter cadentia et contraria plura praebet quam noster, deinde quod Thucydidis contiones saepissime, Herodoti ceterorumque scriptorum perraro apud rhetores commemoratas videmus. Idem Quintilianus X 1, 73 contionibus Thucydidem, sermonibus Herodotum meliorem esse dicit. Quibus de causis non temere conicere videmur ,in contionibus quidem Thucydidis etiam....' Quae verba apte sequuntur ,in Herodoto vero...'

**) Mirum est quod apud Steinberg, Beiträge zur Würdigung der th. Reden (progr. gymn. Guilelmi Berol 1870) p. 7 leguntur: Marcellinus endlich, auf dessen Zeugnis keiner der Verteidiger der O. Müller'schen Ansicht sich beruft, leugnet durchaus den Gebrauch der σχήματα τῆς διανοίας bei Th. Additae sunt § 56 et 57. Is grammaticus sive rhetor (v. § 53) cuius sententiam plane dictam crebris exemplis ex contionibus Thucydidis diligenter collectis Steinberg comprobavit, non erat praetereundus.

de industria elaborata, in quibus *πάρισα*, *παρονομασίαι*, *παρηγήσεις*, *ὁμοιοτέλευτα* eluceant, Thucydidis sublimi genere dicendi indigna sunt, sed cum in libris eius, si cum aliis comparaveris, illarum figurarum exempla rara reperiantur, pro probato sumendum est eum locis quibus illa orationis lumina exstant ab indole sua et natura recessisse ut pravis iudiciis satisfaceret aequalium, a quibus illa schemata ut fucus orationis prorsus necessarius postulabantur. De sententiarum figuris etsi Blass rectius quam qui ante eum hanc rem tractaverunt, statuit, tamen quae protulit. h. l. relinqui possunt, cum plura quam coniecit, exempla in contionibus ipsis Th. inesse probaverit Steinthal „Beiträge zur Würdigung der th. Reden.“ Is contionum locos quibus figuras inesse putat diligenter collegit docteque de iis disseruit: multa quidem quae apud eum leguntur, vero laudanda sunt; quae reicienda sunt, ex iis quae sequuntur, intellegas. Haec iudicia proferenda esse videbantur, multa esse praetermissa apparet.

At quomodo fieri potuit ut hac de re sententiae tam diversae vel etiam nonnumquam plane contrariae latae sint? Hae omnes fere sententiae probari posse videntur, cum partes singulas operis Th. examinaveris, non totum. Quadecausa qui hanc rem recte diiudicaturus est, non minus rerum gestarum narrationem quam contiones excutere debet. Dionysius H., cuius ut inter omnes rhetores Graecos longe praestantissimi iudicium animos doctorum maxime tenet, cum exempla „puerilium“ figurarum non solum ex orationibus, sed etiam e rerum narratione profert, tum totum per opus Th. (δι' ὅλης αὐτοῦ τῆς ἱστορίας) huiusmodi multa inveniri diserte dicit. Iam ad singulas figuras transitoris nobis prius uberius fusiusque verborum, deinde sententiarum figurae brevius atque angustius tractandae erunt. Alexandri N. verba (III 27) „παντὸς γὰρ λόγου προάγει ἡ τοῦ διανοήματος εὗρεσις, ἔπεται δὲ λέξις τῷ διανοήματι“ (cfr. Quintil. IX 1, 19) docent quadecausa plurimi rhetorum schemata ita disposerint, ut mentis figuras sermonis figurae sequantur. Sed ut ab hoc ordine recedamus et recentioris aetatis homines sequentes prius dictionis schemata tractemus, ea imprimis causa impulsus sumus, quod aetate belli Peloponnesiaci Gorgias aliique doctores eloquentiae Athenis antitheta et parisa et paronomasias et homoeoteleuta discentibus vehementer commendabant,*) sensus autem figurarum mentionem prorsus non fecerunt. Quapropter Thucydidem quoque, ut qui omnibus fere eius aetatis disciplinis imbutus sit, illa elocutionis ornamenta, si apud eum reperiantur, ad orationis vim et venustatem augendam ratione adhibuisse vel etiam de industria elaboravisse aliquis dicat. Sed si sententiarum figurae apud eum inveniuntur, non rectius hac in re rhetorum praeceptis eum studuisse quam Homerum dicas, cuius ex carminibus rhetores Graeci figurarum magnam copiam attulerunt. Gorgiae autem quae dicunt schemata, sunt ἀντίθετα (contentiones, contraposita), ὁμοιοτέλευτα (similiter desinentia, similia determinatione), παρονομασίαι (annominationes), πάρισα (membris exaequata). Quorum proxima tria ad delectationem accommodata orationem lepidam et concinnam reddunt, illud ex duabus rebus diversis alteram breviter et facile confirmans nervos orationis efficit. Quare cum apud Th. nullius figurae usus sit crebrior quam antitheti, illius formae argumentandi, quae fit „ex quadam pugna et contentione propositionum,“ eam virili orationi Thucydidis qui de bellicis canit etiam quodam modo bellicum (Cic. or. 39) optime congruere quis non videat?

Anaximenes ars rhet. c. 26: Ἀντίθετον μὲν οὖν ἐστὶ τὸ ἐναντίαν τὴν ὀνομασίαν ἅμα καὶ τὴν διάνοιαν τοῖς ἀντικειμένοις ἔχον ἢ τὸ ἕτερον τούτων i. e. verba aut res aut alterutrum orationem conficiunt contrariam. Non qui in civitatum inter se pugnantium moribus, institutis, exercitiis, classibus, sociis, ducibus, victoriis, cladibus depingendis crebrum usum contrariorum non evitavit, sed

*) Isocrates initio Panathenaici se illa orationis lumina studiose consecratum esse gloriatur.

quae ornamenta et formas sententiarum pluris faciens quam sententias ipsas antithetice formavit quae contraria non sunt aut ut contentionum membra similiter caderent vel desinerent, non convenientibus verbis usus est, aut alteri opposito, ut alterum exaequaret, verba prorsus non necessaria addidit (quae vitia Gorgiam non effugisse scimus), is merito pergraviter vituperatur. Neque vidimus defuisse qui Thucydidem usu et collocatione verborum saepe a ceteris scriptoribus differre videntes ea ratione ductum esse dicerent ut orationem ad aures auditorum mulcendas exornaret figuris. Sed qui maius studium atque operam in libris Th. interpretandis collocaverunt, perspexerunt scriptorem non nisi ut res quam accuratissime describeret et sententias quam subtilissime exprimeret a communi usu et collocatione verborum recessisse. At quae hac in re cognoscenda sunt, optime perspiciemus, si ex innumerabili fere copia contrariorum proposuerimus locum ex oratione tertia legatorum Corinthiorum allatum, quo Lacedaemoniorum ingenium et mores cum Atheniensium comparantur. I 70, 2:

Οἱ μὲν γὰρ νεωτεροποιοὶ | καὶ ἐπινοῆσαι ὕβρις | καὶ ἐπιτελέσαι ἔργῳ ἂν γινώσκοντες
 ὑμεῖς δὲ τὰ ὑπάρχοντά τε σώζειν | καὶ ἐπιγινῶναι μηδὲν | καὶ ἔργῳ οὐδὲ τὰναγκαῖα ἐξικέσθαι
 αὐθις δὲ οἱ μὲν καὶ παρὰ δύναμιν τολμηταὶ | καὶ παρὰ γνώμην κινδυνεύουσι | καὶ ἐπὶ τοῖς δεινοῖς εὐέλπιδες
 τὸ δὲ ὑμέτερον τῆς τε δυνάμειος ἐνδεῶς πράξει | τῆς τε γνώμης μηδὲ τοῖς βεβαίοις πιστεῦσαι | τῶν τε
 δεινῶν μηδέποτε ἀπολυθήσεσθαι
 καὶ μὴν καὶ ἄοκνοι πρὸς ὑμᾶς μελλήτας | καὶ ἀποδημηταὶ πρὸς ἐνδημοτάτους
 οἴονται γὰρ οἱ μὲν τῇ ἀπουσίᾳ ἂν τι κτᾶσθαι | ὑμεῖς δὲ τῷ ἐξέλθειν καὶ τὰ ἐτοῖμα ἂν βλάψαι.

Nulla plane intervallo interposito orator — omissa Lacedaemoniorum comparatione — Atheniensium mores depingere pergit:

κρατοῦντές τε τῶν ἐχθρῶν ἐπὶ πλείστον ἐξέρχονται | καὶ νικώμενοι ἐπ' ἐλάχιστον ἀναπίπτουσιν
 ἔτι δὲ τοῖς μὲν σώμασιν ἀλλοτριωτάτοις ὑπὲρ τῆς πόλεως χρωῶνται, | τῇ γνώμῃ δὲ οἰκαιοτάτῃ ἐς τὸ
 πράσσειν τι ὑπὲρ αὐτῆς.
 καὶ ἂν μὲν ἂν ἐπινοήσαντες μὴ ἐξέλθωσιν, οἰκεία στέρεσθαι ἡγοῦνται | ἂν δ' ἂν ἐπελθόντες κτήσωνται,
 ὀλίγα πρὸς τὰ μέλλοντα τυχεῖν πράξαντες, | ἦν δ' ἄρα καὶ τοῦ πείρα σφαλῶσιν, ἀντεπίσαντες ἄλλα ἐπλήρωσαν τὴν χρείαν.

Etiam in iis quae orator de moribus Atheniensium subicit, complures notiones contrariae inveniuntur: δι' ὅλον τοῦ αἰῶνος μοχθοῦσι — ἀπολαύουσιν ἐλάχιστα, τῶν ὑπαρχόντων — διὰ τὸ αἰεὶ κτᾶσθαι, ἐορτήν — τὸ τὰ δέοντα πράξει, ἡσυχίαν ἀπράγμονα — ἀσχολίαν ἐπίπονον. Cum quae Thucydides h. l. de moribus et ingeniis Lacedaemoniorum et Atheniensium dixerit, ea vera et recta esse omnes uno ore consentiant et quicumque hunc locum attigit, acutum ingenium ac sagacitatem huius nostri maximis laudibus efferat, sententiis examinandis nos immorari non oportet. Neque quantopere rerum sententia crebrae contentiones postulate sint, docendum est. Quare proximum esse videtur, ut de conformatione contentionum ipsa dicamus. Comparatio Atheniensium et Lacedaemoniorum praeter ea quae ad mores Atheniensium accuratius depingendos orator addidit, sedecim membra complectitur, quorum distributio haec est: primo bis terna ternis respondent, post ea posita sunt duo, quae inter se quidem contraria non sunt, sed in quo utroque notio notioni opposita est (καὶ μὴν ἄοκνοι πρὸς ὑμᾶς μελλήτας καὶ ἀποδημηταὶ πρὸς ἐνδημοτάτους); postremo collocata sunt membra inter se opposita duo. Quamquam orator comparationem illarum gentium omittit, tamen contentiones finem non habent: duo contraria duobus contrariis opposita sequitur enuntiatio, cuius membra inter se ita respondent, ut primum de iis quae mente agitata, non suscepta sint, alterum quae suscepta prospere processerint, tertium quae ad irritum ceciderint, dictum sit. Itaque si totius quem attulimus loci schema exhibemus, hoc est: $\alpha + \beta + \gamma = \alpha' + \beta' + \gamma'$, $\delta + \varepsilon + \zeta = \delta' + \varepsilon' + \zeta'$,

($\eta + \eta'$) = ($\theta + \theta'$), $\iota = \iota'$, $\kappa = \kappa'$, $\lambda = \lambda'$, $\mu = \mu' = \mu''$. Hoc uno loco omnia fere quae in usu antitheti Thucydidi propria sunt, apparent. Coacervatas figuras ei non semel vitio dederunt: crebriora esse contraria quam quae animi audientium moleste non ferant. Qua in re suo quisque sensu utatur; nos quotiescunque illa verba legimus nunquam densis contraposis offensos, sed mira subtilitate et sagacitate qua Thucydidis in illis gentibus comparandis usus sit, magnopere delectatos esse confitemur. Non esse locum qualem ad imitandum eloquentiae doctores proponant, concedimus. Sed ne a Thucydide petiveris aptas illas et quasi rotundas comprehensiones verborum, in quibus non solum extrema cum primis arcissime cohaereant, sed etiam suavissimis sonis omnes voces sint, quas comprehensiones posteriores quidem oratores magna industria elaboravisse non ignoramus, Thucydidem non modo non consecutum, sed etiam non sectatum esse dicimus.

Sed ne a proposito egrediamur, quaeramus, quare Thucydides in tanta densitate contentionum reprehensionem plane evitarit. Cum ad res accuratius depingendas crebra antitheta ita adhibentur, ut alterum membrum contrarium alterum sequatur, fieri non potest quin oratio in multas minutasque partes concisa et divulsa audientium non solum aures defatiget, sed etiam animos sine ulla intermissione iterum atque iterum ex contrario in contrarium revocatos vehementer offendat. Sed hac in re alii peccaverunt, non Thucydides: nam non alterum contrarium iuxta alterum positum est, sed ut schema supra exhibitum demonstrat membra ita collocata sunt, ut bis terna respondeant ternis. Atque hac quidem re, cum uno ordine Athenienses *τολμητὰς καὶ κινδυνευτὰς καὶ εὐέλπιδας* dicat orator Corinthius, verba mentes sensusque eorum qui legunt multo acrius pellunt, quam contrariis interpositis fieri potuisset. Necnon alteram quam subiit vituperationem eadem res tollit. Haec enim collocatio membrorum ipsa demonstrat Thucydidem non Gorgiam imitatum orationi inanem ornatum eo quaesivisse, quod in contraposis verba eundem sonum referentia quam proxime fieri posset collocare studuerit. Nam etsi in membris inter se oppositis eadem aut similiter cadentes voces leguntur, quis non videat, quod primum membrum quarto, alterum quinto, tertium sexto, non primum secundo et reliqui deinceps respondent, etiam quae in membris contrariis eundem aut similem sonum referant, aures audientium minus ferire? Quapropter in contentionibus non figurarum causa voces repetitas esse dicas, sed quod pluribus membris interpositis ad rerum sententias exprimendas prorsus necessariae sint. Iisdem autem verbis, non synonymis orator utitur, ut in iisdem rebus atque iisdem condicionibus quam diverse Athenienses et Lacedaemonii agant demonstrat. Thucydidem hac in re non cum Gorgia comparandum esse, quod Dionysium nonnumquam fecisse vidimus p. 2, cum plurimi alii loci, quibus eiusdem vocis variae formae inanis orationis ornatus causa congregatae sunt docent tum fr. XIX *ἀποθανόντων ὁ πόθος οὐ συναπέθανεν, ἀλλ' ἀθάνατος ἐν ἀσωμάτοις σώμασι ζῆ οὐ ζώντων*. Sed ubi in oratione legatorum Corinthiorum est verbum quo ut supervacaneo rerum sensus carere possit? Quod alterum contrarium ab altero duobus membris seiunctum est, non miratur qui saepissime in Th. libris verbis cum *ἀντί, ἐπί, πρὸς* coniunctis ad antea explicitas res lectorem longissime remitti non ignorat. Gravioribus autem reprehensionibus hunc locum affecit Dionysius ep. ad. Amm. II c. XVII qui ut apud scriptorem pueriles contentiones, parhomoea, exaequata inveniri exemplis probet, verba *αὐθις . . . ἀπολυθήσεσθαι*, attulerit. Cumque *πάρισα* et *παρομοιώσεις* apud Thucydidem fere non inveniuntur, nisi in contentionibus, recte se habere videtur quae eum ab illa vituperatione defendunt non ab antitheto seiungere, sed iam h. l. afferre. Sententiis enim inter se oppositis fieri non potest, quin nonnumquam singula membra eundem fere numerum verborum habeant aut prope exaequata sint, praesertim cum contraria, ut ait Cicero, breviter esse oporteat. Quadecausa mirum non est, quod nonnulla parisa h. l. leguntur. Sed frustra oratoris verba perlustrantes in iis quaerimus, quo nimii membrorum exaequandorum studii coarguatur:

neque ullum verbum necessarium omissum neque supervacaneum additum est. Παρομοιώσεως autem figuram quae in verbis invenitur ,καὶ παρὰ δύναμιν τολμηταὶ | καὶ παρὰ γνώμην κινδονευταί' bitem Dionysio valde movisse verisimile est. Quidenim de huiusmodi locis senserit, ipsius verba ep. ad Amm. II c. II optime docent ,ἐπὶ δὲ τῶν σχηματισμῶν, ἐν οἷς μάλιστα ἐβουλήθη διενεγκεῖν τῶν πρὸ αὐτοῦ, πλείστην εἰσνεγκάμενος πραγματείαν, τὸτὲ μὲν λόγον ἐξ ὀνόματος ποιῶν, τὸτὲ δὲ εἰς ὄνομα συνάγων τὸν λόγον καὶ νῦν μὲν τὸ φηματικὸν ὀνομαστικῶς ἐκφέρων, αὐθις δὲ τοῦνομα βῆμα ποιῶν καὶ αὐτῶν γε τούτων ἀναστρέφων τὰς χρήσεις quaeque cetera de permutationibus generum et numerorum et casuum dicta sunt. Dionysius cum Thucydidem inanis orationis ornatus causa a communi usu sermonis recessisse censuerit, inusitatis ac plane novis nominibus κινδονευτοῦ et τολμητοῦ vehementer offensus sit necesse est, praesertim cum illis nominibus in extremis membris collocatis homoeoptoton fiat, verbis τολμᾶν et κινδονεύειν usurpatis prorsus tollatur. Neque Dionysio soli, sed plurimis interpretibus usus illarum vocum mirus videbatur, quae ut lexicon docet, apud Th. iterum non leguntur, apud posteriores scriptores perraro. Qua in re Thucydidem neque Gorgiae exemplum, apud quem plura quam credideris substantiva pro adiectivis et verbis posita invenies, neque Hermogenis verba (Sp. III, 292) satis defendunt, qui gravitati orationis nomina substantiva, non verba convenire censet. Veram causam Classen attulit, vir de Thucydide optime meritus, qui ad voces τολμητοῦ et κινδονευτοῦ annotavit ,die seltnerer substantivische Bildung zur Bezeichnung der Geneigtheit und Gewohnheit, ähnlich dem lateinischen nomen auf — tor.' v. praef. p. LXXXII. Etiam accuratius nominum et verborum usum distinxit Gast p. 7: ,hos locos (I 70, I 138, III 82) si diligenter examinaveris, intelleges Thucydidem eis substantivis uti, ut significet non solum quid quis facere soleat, sed quid quis ex animi sui indole et natura non possit non facere, i. e. ad significandum id quod nos dicimus charakteristische Eigenschaft, angeborener Hang'. Quantopere autem huiusmodi substantivorum usus h. l. rerum sensui respondeat, apparet. Nam legati Corinthiorum Lacedaemonios ad bellum contra Athenienses sollicitare student dicendo illos bellum iam iam imminens nullo modo effugere posse, cum hi ad belli fortunam temptandam ipsius naturae stimulis incitentur. Hac in re longius versati sumus, quod loco a Dionysio de puerilibus figuris reprehenso demonstrare voluimus Thucydidem nominibus substantivis, etsi homoeoteleuton insit, non usum esse ut figuris eluceret, sed quod ad sententias quam accuratissime et subtilissime exprimendas nominis forma prae ceteris apta esse videretur. Neque minus probatus est usus nominum νεωτεροποιῶ, μελλητοῦ, ἀποδημητοῦ. Collocatio autem verborum si cui mira videtur, est ea quam rerum sententia postulat: gravissimae notiones ut eluceant in membris extremis omnes positae sunt. Accedit quod Thucydidem non chiasmi quem dicunt, sed parallelismi ordine verborum cum plerisque locis tum hoc delectatur. Quae addenda sunt, leviora sunt: annominatio quae exstat in verbis ἀποδημηταὶ πρὸς ἐνδημοτάτους non gravior est, quam si patria lingua utentes nomina, ut sunt Ausland, Inland inter se opponimus. Neque verba ,ἐξέλθωσιν et ἐπελθόντες, quae § 7 leguntur, in numero annominationum habenda sunt, cum iis vis rhetorica non insit, praesertim cum eiusdem verbi revocationem Graecos non fugere nemo ignoret; etiam de ἐξελεθεῖν (§ 5) et ἐξέρχονται (§ 6) non dicendum est.*) Ad § 6 ἀλλοτριωτάτοις — οικειοτάτη Krüger annotavit: ,οικειοτάτη ist des pikanten Gegensatzes halber etwas unklar.' At si cui subobscura videntur, Classenii interpretatio lumen attulit. Atque haec haec haec. Locum quo nullus alius plura contraria habet, cuius partem saltem Dionysius ut puerilium figurarum exemplar ex innumerabili fere copia contentionum proferendam esse censuit, eum accurate examinavimus, et quamquam in

*) Cum Ulrich Beitr. I 11 ἐξελεθεῖν, non quod codd. praebent ἐπελθεῖν scribendum esse contentiones ipsae demonstrant.

illis contrariis omnia fere, quae elocutioni Thucydidis propria sunt, inveniuntur, tamen neque in usu neque in collocacione verborum quidquam investigavimus, quod figurarum, non sensus causa eum a communi usu sermonis decessisse demonstraret: antitheta quidem permulta sunt, sed contrariae res describendae iis carere non possunt; parisa exstant nonnulla, sed non de industria elaborata, sentiis ipsis effecta sunt; homoeoteleuton reperitur, sed ut nomina quibus fit in extremis membris collocata sint, gravitas notionum persuadet; annominatio quae aures audientium feriat, in viginti membris vix una exstat. Ubi igitur apparet studium illud, quod in puerilibus ornamentis orationis Thucydidem contrivisse ferunt? Ac vero quae de hoc loco dicta sunt, etiam in universum de toto opere Th. dici posse crede. Si contentiones, quae quod captatae affectataeque esse viderentur reprehensae sunt, accuratius perspexeris, plerumque invenies quae scriptorem defendant. Ad I 69, 6 *καὶ μηδεὶς ὁμῶν ἐπ' ἔχθρα τὸ πλεόν ἢ αἰτία νομίσῃ τάδε λέγεσθαι· αἰτία μὲν γὰρ φίλων ἀνδρῶν ἐστὶν ἀμαρτανόντων, κατηγορία δὲ ἔχθρῶν ἀδικησάντων*. Classen annotavit ‚während nach der chiasmisch vorangestellten Definition der αἰτία eine ähnliche für ἔχθρα erwartet wird, tritt in κατηγορία der wirkliche Gegensatz zur αἰτία ein... , mehr rhetorischer als logischer Parallelismus in der Gegenüberstellung der Begriffe.‘ Contra dicendum est, minus ἐπ' ἔχθρα et αἰτία, quam ἐπ' ἔχθρα λέγεσθαι et ἐπ' αἰτία λέγεσθαι inter se opposita esse, cum oratorem non de odio Corinthiorum in Lacedaemonios, sed de vehementi sua oratione quibus de causis ut Lacedaemonios tam graviter vituperaverit adductus sit, h. l. dicere rerum sententia demonstret. Quare cum iis verbis quae sequuntur notiones contrariae quibus totius enuntiationis gravitas nititur, definiendae essent, non de ἔχθρα dicendum erat, sed poneretur oportebat nomen, quod ἐπ' ἔχθρα λέγεσθαι declararet i. e. κατηγορία; αἰτία autem cui ipsi dicendi notio insit retineri potest. Harum vocum definitiones utrum loquendi usui communi respondeant annon, diiudicare h. l. abest. Eadem levi quidem, tamen reprehensione Classen affecit II 42, 4 *τῶνδε δὲ οὔτε πλούτῳ τις τὴν ἔτι ἀπόλαυσιν προτιμήσας ἐμαλακίῃσθι οὔτε πενίας ἐλπίδι, ὡς κἂν ἔτι διαφορῶν αὐτὴν πλουτήσῃσιν, ἀναβολὴν τοῦ δεινοῦ ἐποιήσατο*. Cum hac in oratione funebri Pericles non quomodo divitiae et spes divitiarum ad animos Atheniensium effeminandos pertineant, sed quorum in honores haec oratio habeatur, omnes ad unum et divites et pauperes pro patria mori paratos fuisse dicat, h. l. proprie inter se oppositas esse notiones divitiarum et paupertatis facile perspicimus. Quapropter ne miremur ἐλπίδι et πενίας inter se contraria esse ipsa collocacione verborum significari. Logicae, non rhetoricae ratione ductum esse scriptorem rectius dixeris. Classen ad hunc locum annotavit ‚penίας proleptisch zu ἐλπίς, da es erst in διαφορῶν seine genauere Bestimmung empfängt.‘ Locos apud Thucydidem exstare, quibus nomen ex enuntiatione relativa insolentissime desumptum in principali enuntiatione etiam absolute positum esse non ignoro: I 93, 4: *τῆς γὰρ θαλάσσης πρῶτος ἐτόλμησεν εἰπεῖν ὅτι ἀνθεκτέα ἐστίν*. V. etiam I 19. At h. l. πενίας cum ἐλπίδι coniungendum esse accusativi forma αὐτὴν ad διαφορῶν posita docere videtur. — Neque vituperationem fugerunt contraria quae nominibus λόγου et ἔργου facta sunt. Nam cum plus quam tricies vel si similes notiones, ut sunt λόγῳ — τῷ ὄντι, ἔργον — ἐδλόγῳ προφάσει, ἔργῳ — ὄνόματι, ἀκοῇ μὲν λεγόμενα — ἔργῳ δὲ σπανιώτερον βεβαιούμενα huc rettuleris, quinquagies fere apud Th. inveniuntur, crebritas offendit. Quae contentiones quales sint, ex secundo libro, in quo quarta fere pars omnium inest, intellegas: II 8, 4 *καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ξυνεπιλαμβάνειν*. 11, 5 *τῇ μὲν γνώμῃ θαρσαλέους στρατεύειν, τῷ δὲ ἔργῳ δεδιότας παρεσκευάσθαι*. Cum initio funebri orationis Pericles lege constitutum esse dicat, ut eorum qui pro patria mortui sint facta laudatione celebrentur, quis miratur quod oratoris verba et res gestae mortuorum nonnumquam opposita sunt? 40, 1 *τὸ πένεσθαι οὐχ ὁμολογεῖν τι ἀσχρόν, ἀλλὰ μὴ διαφεύγειν ἔργῳ αἴσχιον*. 40, 2 *οὐ τοὺς λόγους τοῖς ἔργοις βλάβην ἡγούμενοι, ἀλλὰ μὴ προδιδαχθῆναι μᾶλλον λόγῳ πρότερον ἢ ἐπὶ ᾧ δεῖ ἔργῳ ἐλθεῖν*. 41, 2 *λόγων*

κόμπος — ἔργων ἀλήθεια. 41, 4 ἔπει μὲν τέρπει — τῶν δ' ἔργων ἀλήθεια. 42, 2 ἰσοῤῥόπος ὁ λόγος τῶν ἔργων. 42, 4 αἰσχροὺν τοῦ λόγου ἔφυγον, τὰ δ' ἔργον τῷ σώματι ὑπέμειναν. 43, 1 σκοποῦντες μὴ λόγῳ μόνῳ — ἔργῳ. 43, 2 καὶ λόγου καὶ ἔργου καιρῶ. 43, 3 ἄγραφος μνήμη παρ' ἐκάστῳ τῆς γνώμης μᾶλλον ἢ τοῦ ἔργου ἐνδαιατᾶται. 46, 1 εἴρηται καὶ ἐμοὶ λόγῳ κατὰ τὸν νόμον. . . καὶ ἔργῳ οἱ θαπτόμενοι τὰ μὲν ἤδη κεκόσμηται. 64, 6 πρὸς τὰς ξυμφορὰς γνώμη καὶ ἤκιστα λυποῦνται, ἔργῳ δὲ μάλιστα ἀντέχουσιν. 65, 9 ἐγίγνωτό τε λόγῳ μὲν δημοκρατία, ἔργῳ δὲ ὑπὸ τοῦ πρώτου ἀνδρὸς ἀρχή. 72, 1 δίκαια λέγετε, ἣν ποιῆτε ὁμοῖα τοῖς λόγοις. 81, 2 εἰ μὴ λόγῳ πείθοιεν, ἔργῳ πειρῶντο. Nullus autem eiusmodi locorum graviore vituperatione affectus est quam VI 78, 3 ἀδύνατον δὲ προεμένῳ καὶ μὴ τοὺς αὐτοὺς κινδύνους οὐ περὶ τῶν ὀνομάτων, ἀλλὰ περὶ τῶν ἔργων ἐθελήσαντι προσλαβεῖν· λόγῳ μὲν γὰρ τὴν ἡμετέραν δύναμιν σώζοι ἂν τις, ἔργῳ δὲ τὴν αὐτοῦ σωτηρίαν. Nam verba λόγῳ — σωτηρίαν Dion. de Th. hist. iud. XLVIII. οὐδὲ μεираκίῳ προσῆκον ἐπιφώνημα dicit! Paullisper huic loco insistamus, non quo rerum sensus enodandus sit, sed ut uno exemplo demonstremus, quam iniustum sit Dionysii iudicium quod adhuc permulti sequuntur. Unam quae verbis inest difficultatem scholiastes expedit, qui verbis οὐ περὶ τῶν ὀνομάτων, ἀλλὰ περὶ τῶν ἔργων annotaverit διὰ μέσου καίτα' et verbis λόγῳ — — σωτηρίαν τοῦτο ἐξήγησις ἐστι τοῦ προτέρου.' Est igitur interpretatio Latina haec, sed huius rei nulla facultas est ei qui nos deseruerit et non eadem pericula suscipere voluerit, cum non de verbis, sed de rebus agatur (Classen: es handelt sich dabei aber nicht um vorgebliche sondern um sehr reale Verhältnisse); nam dixerit aliquis se nostram potestatem servaturum esse, sed re vera suam servabit.' V. Stahl ad h. l. Quid vero insolentius dici potest quam Dionysii iudicium, verba ne puero quidem convenire? Idem ep. ad Amm. II 15 recte animadvertit ἐν δὲ τοῖς ἐνθυμήμασι τε καὶ νοήμασιν αἱ μεταξὺ παρεμπτώσεις πολλαὶ γενόμεναι καὶ μόλις ἐπὶ τὸ τέλος ἀφικνούμεναι, δι' ἧς ἡ φράσις δυσπαρακολούθητος γίνεται, πλείστοι μὲν εἰσι καθ' ὅλην τὴν ἱστορίαν. Quibus interpositionibus etiam factum est ut non recte perspexerint, quomodo I 11, 2 μάχη κρατοῦντες et πολιορκία προσκαθεζόμενοι inter se respondeant. De hoc loco, de quo vix duo interpretes consentiunt, v. p. 18. V 48, 2 Classen verba ἀλλὰ καὶ γενομένης πρὸ τούτου Ἡλείοις καὶ Ἀργείοις καὶ Μαντινεῦσι ξυμμαχίας, τοῖς αὐτοῖς πολεμεῖν καὶ εἰρήνην ἄγειν, οὐ ξυνώμοσαν parenthesis esse dicit. Sed interpretationem Classenii nos sequi contentiones ipsae vetant, nam verbis γενομένης πρὸ τούτου ξυμμαχίας τοῖς αὐτοῖς πολεμεῖν καὶ εἰρήνην ἄγειν οὐ ξυνώμοσαν consulto opposita esse apparet ἀρκεῖν δ' ἔφασαν σφίσι τὴν πρώτην γενομένην ἐπιμαχίαν, ἀλλήλοις βοηθεῖν, ξυνεπιστρατεύειν δὲ μηδενί. — II 83, 5 καὶ οἱ μὲν Πελοποννήσιοι ἐτάξαντο κύκλον τῶν νεῶν ὡς μέγιστον οἳοῖ τ' ἦσαν μὴ διδόντες διέκπλουν, τὰς πύρας μὲν ἔξω, εἴσω δὲ τὰς πύρνας, καὶ τὰ τε λεπτὰ πλοῖα ἃ ξυνέπλει ἐντός ποιοῦνται καὶ πέντε ναῦς τὰς ἄριστα πλεούσας ὅπως ἐκπλέοιεν διὰ βραχείας παραγιγνόμενοι, εἴ πη προσπίπτουσιν οἱ ἐναντίοι. Contraria verba τὰς πύρας μὲν ἔξω, εἴσω δὲ τὰς πύρνας non Thucydides esse videntur, sed librarii additamentum prorsus supervacaneum. — Restat ut de verborum collocatione quae in antithetis elucet, pauca adiciamus: Parallelismum quem dicunt Thucydidem secutum esse plurima exempla docent. I 138, 3 τῶν τε παραχρῆμα | δι' ἐλαχίστης βουλῆς | κράτιστος γνώμων | καὶ τῶν μελλόντων | ἐπὶ πλείστον τοῦ γενησομένου | ἄριστος εἰκαστής, καὶ ἃ μὲν μετὰ χεῖρας ἔχοι | καὶ ἐξηγήσασθαι οἷός τε, ὧν δὲ ἄπειρος εἶη | κρῖναι ἱκανῶς οὐκ ἀπήλλακτο. III 58, 2 βραχὺ γὰρ τὸ τὰ ἡμετέρα σώματα διαφθεῖραι, ἐπίπονον δὲ τὴν δύσκληιαν αὐτοῦ ἀφανίσαι I 141, 6 μάχη μὲν γὰρ μᾶλλον πρὸς ἅπαντας Ἑλλήνας δυνατοὶ Πελοποννήσιοι καὶ οἱ ἐξυμμαχοὶ ἀντισχεῖν, πολεμεῖν δὲ μὴ πρὸς ὁμοίαν ἀντιπαρασκευὴν ἀδύνατοι. Sed ne credideris Thucydidem contentiones, in quibus paria paribus vel dimensa dimensis respondeant, sectatum esse: parallelismum verborum secutus, non sectatus est. Neque enim huiusmodi contraria tam crebra exstant, ut non probari possint quae dicit Blass p. 222, Viel trägt zu der Kürze des Th., wenn man etwa Isokrates vergleicht, auch der Mangel eines

Strebens nach paralleler Bildung und Gleichheit der Glieder bei'. Non eum esse qui enuntiationum formas pluris faciat quam sententias nos demonstravisse credimus. Quibus autem locis chiasmum inveneris, semper fere investigare poteris, quare scriptor a simplici vocum structura recesserit, ut VII 55, 1 *καὶ ὁ παράλογος αὐτοῖς μέγας ἦν, πολὺ δὲ μείζων ἔτι τῆς στρατείας ὁ μετάμελος*, ubi comparativi forma μείζων quam proxime voci μέγας collocanda erat.

Cumque verborum et in usu et in collocatione Thucydidem nulli rei studuisse viderimus, nisi ut res quam accuratissime describeret et sententias quam subtilissime exprimeret cumque totum per opus vix unum antitheton inveniamus, quo pravum aliquid aut supervacaneum dictum sit, etiam crebritate contentionum minus offendimur, quibus, ut auct. ad Her. IV 21 laudem, 'si distinguemus orationem, et graves et ornatu poterimus esse.'

Thucydides, si homoeoteleuti figuras re vera sectatus de industria elaboraverit, vituperationem nullo modo effugere potest. Et qui in ipsis contionibus plus centum huius schematis exempla inesse contendit, Steinberg, non minore reprehensione scriptorem affecisse mihi videtur, quam Dionysius qui puerilia exempla invenire sibi visus est. Sed longe aliter res se habet. Cum verborum et nominum Graecorum idem vel similis exitus creberrimus sit, fieri non potest quin homoeoteleuto non quaesito saepe membra similiter desinant vel etiam nonnumquam scriptor eundem membrorum exitum vix effugere possit. Quod ut apud Thucydidem crebrius fiat quam apud ceteros scriptores, efficiunt cum λέξεις εἰρομένη quae brevibus deinceps propositionibus sententias continuat tum verborum parallelismus qui in creberrimis contrariis ut verba verbis aut nomina nominibus respondeant efficit. Quibus de causis hac in re satis non est locus quibus membra eodem modo cadunt in unum congerere, sed etiam quaerere debemus utrum schematum efficiendorum causa an alia re commotus scriptor voces quibus figura fit in extremis membris collocaverit.

Alex. N. Sp. III 35 ὁμοιοτέλευτον δὲ ἔστιν, ὅταν εἰς τὸ αὐτὸ μῶριον πλεονάκις καταλήγωμεν. Etsi Zonaeus III 169 et anonymus III 185 soli diserte dicunt similiter desinentia verba in extremis membris sint necesse esse, tamen Alexandrum, Tiberium, Demetrium idem sensisse exemplis, quae apud eos leguntur, satis comprobari videtur. Tiberius III 75 exemplis prolatis verba addit: τὸ γὰρ ἐποίησε καὶ κατέστησεν ἰσοσύλλαβόν ἔστι καὶ ὅμοιον τῷ τόνῳ. Syllabarum quidem parem numerum prorsus neglegendum esse apparet, sed eundem accentum earum quibus homoeoteleuton fit vocum non praetermittendum esse non solum confirmant exempla, quae apud rhetores exstant, sed etiam res ipsa postulare videtur, ut litterae, quae figuram efficiunt, vim quandam habeant, quod nisi eodem accentu fieri non potest. Quadecausa loci segregandi sunt, ut κατάξοντες - προσλαβόντες, αὐτοῦς - ἀρχομένους, φαύλαις - πολλαῖς. Neque rectius in numero homoeoteleutorum loci habendi esse videntur, quibus similia vel paria tam pauca et levia sunt, ut ἄλογον - ἀξύμορον, χρωμένων - βαλλόντων; nam similis vocum exitus sub aures acriter cadat necesse esse nemo negabit. Sunt etiam loci qui quamquam membra eundem exitum habent inter figuras omnino non referendi sunt. Nam cum navium vel copiarum vel aliarum rerum numeri delati sint, complura in easdem litteras aut syllabas terminantur, si ab apta atque in affectata structura scriptor non recesserit: καὶ ὀπίταις ἑαυτῶν μὲν διακοσίαις καὶ χιλίαις | καὶ τοξόταις τριακοσίαις. Quibus locis scriptorem eidem membrorum fini non magis studuisse perspicuum est, quam quibus propriorum nominum exitus iidem sunt: ἐν Ἡϊόνι τῇ ἐπὶ Στρομόνι (alibi Ἡϊόνα τὴν ἐπὶ Θράκης). Haec enim omnia h. l. secludenda sunt. Ceteros tamen locos quibus pares aut similes membrorum exitus conspicui sunt quantum h. l. fieri potest, in unum congeramus ut controversia aequo saepius celebrata tandem dirimatur.

I 2, 1 φαίνεται γὰρ ἡ νῦν Ἑλλάς καλουμένη οὐ πάλαι βεβαίως οἰκουμένη. schol. τὸ δὲ σχῆμα

τοῦ ὁμοιοκαταλήκτου Γοργίου καλεῖται. Dion. ep. ad Amm. II. c. XVII locum ut puerilium schematum exemplar protulit. Nimirum verbo φαίνεται non initio enuntiationis posito homoeoteleuton sublatum esset; sed φαίνεται, quo verbo non solum totius enuntiationis, sed etiam eorum quae sequuntur gravitas nititur, ut prae ceteris emineret, primo loco positum est. Neque Dionysius, opinor, homoeoteleuti rationem h. l. scriptorem habuisse dixisset, si enuntiationum quibus oratio continuatur initia oculis perlustravisset: 3, 1 Δηλοῖ δέ μοι 3, 3 Τεκμηριοῖ δὲ μάλιστα. 5, 2 Δηλοῦσι δὲ. 6, 1 Σημεῖον δ' ἐστὶ. — 11, 2 αἴτιον δ' ἦν οὐχ ἡ ὀλιγανθρωπία τοσοῦτον ὅσον ἡ ἀχρηματία. 21, 2 τὸν παρόντα ἀεὶ μέγιστον κρινόντων, παυσαμένων δὲ τὰ ἀρχαῖα μᾶλλον θαυμάζόντων. 25, 3 ὑπεδέξαντο τὴν τιμωρίαν, νομίζοντες οὐχ ἦσσαν ἑαυτῶν εἶναι τὴν ἀποικίαν ἢ Κερκυραίων, ἅμα δὲ καὶ μίσει τῶν Κερκυραίων. 34, 1 οὐ γὰρ ἐπὶ τῷ δοῦλοι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ ὅμοιοι τοῖς λειπομένοις εἶναι ἐκπέμπονται. 57, 6 ὁμήρους λαβεῖν καὶ τὸ τεῖχος καθελεῖν. 60, 1 τῶν Ἀττικῶν νεῶν περὶ Μακεδονίαν οὐσῶν. 63, 2 προῆλθον ὡς βοηθήσοντες καὶ οἱ Μακεδόνες ἰππῆς ἀντιπαρετάξαντο ὡς κωλύσοντες. 68, 2 ὑπὸ μὲν Ἀθηναίων ὕβριζόμενοι, ὑπὸ δὲ ὕμῶν ἀμελούμενοι. 70, 3 οἱ μὲν καὶ παρὰ δύναμιν τολμηταὶ καὶ παρὰ γνώμην κινδυνευταὶ καὶ ἐπὶ τοῖς δεινοῖς εὐελπίδες. de usu et collocatione verborum dissertum est p. 5. 77, 1 τοῖς καὶ ἄλλοθί που ἀρχὴν ἔχουσι καὶ ἦσσαν ἡμῶν πρὸς τοὺς ὑπηκόους μετρίως οὔσιν. 77, 3 οὐ τοῦ πλεόνος μὴ στασισκόμενοι χάριν ἔχουσιν, ἀλλὰ τοῦ ἐνδεοῦς χαλεπώτερον φέρουσιν. 81, 2 τοῖς δὲ ἄλλη γῆ ἐστὶ πολλή. 81, 4 εἰ μὴ γὰρ ἦ ναυαὶ κρατήσομεν ἢ τὰς προσόδους ἀφαιρήσομεν. 95, 2 ὡς οὐ περιφύμενοι τὰλλά τε καταστησόμενοι. 102 ἐκράτησαν - ἀπέβησαν. 101, 3 τεῖχος τε καθελόντες καὶ ναῦς παραδόντες (III 3, 3 ναῦς τε παραδοῦναι καὶ τεῖχη καθελεῖν). 107, 4 τεῖχη τε περιελόντες καὶ ναῦς παραδόντες 113 φυγάδες Βοιωτῶν καὶ Λοκροὶ μετ' αὐτῶν. 117, 3 τεῖχος τε καθελόντες καὶ ὁμήρους δόντες καὶ παραδόντες. . . 132, 1 ἄνδρα γένους τε τοῦ βασιλείου ὄντα καὶ ἐν τῷ παρόντι τιμὴν ἔχοντα 144, 1 τὰς οἰκείας ἡμῶν ἀμαρτίας ἢ τὰς τῶν ἐναντίων διανοίας. Jam horum locorum in numero nonnulli sunt quos vix in homoeoteleutis duxeris; tamen ne quid omissum sit, prius ex contionibus locos subicimus, quos in exiguitate similiter sonantium praetereundos esse nos censuimus, sed Steinthal contulit: 32, 1 μεγάλης - προυφειλομένης 32, 2 ἄλογον - ἀξύμφορον 33, 2. 36, 1 ἔχον - φοβήσον 36, 2. 53, 2 ἄρχοντες - λύνοντες 53, 4 ἤλθομεν - κωλύομεν 69, 5. 120, 4 δοξάζομεν - ἐλλείπομεν 121, 2, 3 τοῖς σώμασι τὸ πλεόν ἰσχύουσα ἢ τοῖς χρήμασι 124, 3 οἰκῶμεν - ἐλευθερώσωμεν (77, 1 βιάζεσθαι γὰρ οἷς ἂν ἐξῆ, δικάζεσθαι οὐδὲν προσδέονται. 144, 5 γνώμη τε πλείονι ἢ τύχη καὶ τόλμη μείζονι ἢ δυνάμει paronomasiae, non homoeoteleuti figurae sunt). Etiam e rerum narratione quae sunt huiusmodi exempla addimus: 2, 1 οὐκ ἔχοντες οὐδὲ γῆν φυτεύοντες 2, 4 ἐφθείροντο - ἐβουλεύοντο 4 ἐξελάσας - ἐγκαταστήσας 23, 3 καὶ ἡ οὐχ ἦμισα βλάβασα καὶ μέρος τι φθείρασα ἢ λοιμώδης νόσος 24, 4 διεφθάρησαν - ἐστερήθησαν 26, 1 ἐς Ἀπολλωνίαν, Κορινθίων οὔσαν ἀποικίαν 41, 1 ἀμύνεσθαι - λέγεσθαι. At enim locos, quibus membrorum exitus idem aut similis est, ex primo libro diligenter collati sunt — nonnulli forsitan etiam accurate legentem effugerint — sed ubi est quod Thucydidem homoeoteleuton de industria elaboravisse demonstrat? Quod vero aut in collocatione (2, 1) aut in usu verborum (70, 3) mirum videbatur, sensu rerum, non figurarum studio partum est.

Alterius libri exempla haec sunt: 3, 4 προσφέρωνται - γίνωνται 5, 3 τῶν ἀνδρῶν τῶν μὲν διεφθαρμένων, τῶν δὲ ζώντων ἐχομένων 11, 6 ποιούμενοι - δεχόμενοι 15, 1 ἐπολιτεύοντο καὶ ἐβουλεύοντο 15, 5 τῆ νῦν... καλουμένη, τὸ δὲ πάλαι... ὀνομασμένη 39, 1 ἡ μαθήματος ἢ θεάματος 39, 3 ἀπεῶσθαι - ἦσθησθαι 44, 1 καὶ οἷς ἐνευδαιμονῆσαι τε ὁ βίος ὁμοίως καὶ εὐ τελευτῆσαι ἐνευμετρήθη 61, 2 πεισθῆναι μὲν ἀκεραίοις, μεταμέλειν δὲ κακουμένοις 62, 2 δύο μερῶν τῶν ἐς χρήσιν φανερῶν 63, 3 ἀπολέσειαν - οἰκήσειαν. 89, 7 τῆ ἀπειρία ἐστὶ δὲ ἂ καὶ ἀτολία. Quis est quin in ingenti numero vocum eundem exitum habentium paucitatem similiter desinentium membrorum miretur?

Etiam magis mirabitur qui animadverterit in primo et altero libro plurimas et maximas legi orationes harumque in numero illam ipsam cui figurarum ornamentis prae ceteris elucere peculiare quasi sit, Periclis funebrem dico orationem. Quae cum ita sint Thucydidem homoeoteleutis orationem ornare voluisse, quod rhetores interpretesque fere uno ore contendunt, de primo quidem necnon altero libro prorsus negandum est. Neque in reliquis libris studium similiter desinentium membrorum cernitur: quae in illis eodem modo terminantur, in ingenti contentionum multitudine tam pauca sunt, ut non falsius dicas scriptorem eundem membrorum exitum fugisse quam quaesivisse. Et qui quemlibet Thucydidis librum perlegerit, certe inveniet, quotquot locis quispiam dicat scriptorem homoeoteleuto studuisse, his totidem opponi posse quibus homoeoteleuton aut prorsus evitatum aut saltem vocula quadam subiecta mitigatum sit: IV 117, 2 ἐπὶ μείζον χωρήσαντος αὐτοῦ καὶ ἀντίπαλα καταστήσαντος. Paucos illos locos quibus studium aut ars apparet, ut IV 108, 2 ἀσαφεῖ - ἀσφαλεῖ, rectius παρηγήσει vel παρομοιώσει tribueris. Alia autem res est, quae nostrum probet a talibus ineptiis abstinuisse; nam quamquam haud raro fit, ut nomina aut verba ab eadem stirpe declinata et contrariis praepositionibus coniuncta in membrorum continuatione opposita sint, tamen oblati ita homoeoteleutis nunquam fere usus est. Ex iis quae diximus nobis quidem videtur sequi ut Thucydidis, quippe cui non suavitas, sed gravitas summa scribendi lex sit, homoeoteleuta neque quaesiverit neque vitaverit. Iniustissimam igitur putaverim vituperationem illam, qua Dionysius H. et deinceps omnes fere interpretes eum affecerunt.

Παρονομασίας autem usus Th. crebrior est, quam credideris. Alex. N. Sp. III 36: παρονομασία δὲ γὰρ γίνεται, ὅταν τι τῶν ληφθέντων εἰς τὴν διάνοιαν ὀνομάτων ἢ ῥημάτων βραχὺ μεταποιήσαντες ἑτέραν κινήσωμεν ἔννοιαν: κλήματα - ἐγκλήματα, σύλλογοι παντοδαποὶ καὶ λόγοι, διεκπλέοντες - περιπλέοντες.*) Phoeb. III 47: παρονομασία δὲ ἐστὶ παραποίησης ὀνόματος πρὸς παραπλήσιον ἐγγὺς κείμενον: Στρατήγιος ἤρέθη. Zonaeus III 168 iisdem quibus Alex. N. verbis παρονομασίαν definivit et ὕλακῆν - φυλακῆν, ἀπονοίας - ἀνοίας e. c. prolatis adiecit δ καὶ παρήχησις ὀνομάζεται. Quae verba non omittenda sunt, quod recentioris aetatis homines docti in παρονομασίαν a παρηγήσει discernendo valde dissentiunt. In rhetoricis quos Spengel in unum collegit libris duo, quantum scio, loci sunt quibus παρηγήσεως figura definitur. Hermogenes II 251 παρήχησις ἐστὶ κάλλος ὁμοίων ὀνομάτων ἐν διαφόρῳ γνώσει ταῦτων ἡχοῦντων: πείθει τὸν Πειθίαν. — Eadem definitio legitur apud anonymum III 115. Cum Alexander cui prae ceteris auctoritas tribuenda sit alique rhetores παρήχησιν prorsus neglexerint et Zonaeus παρονομασίας definitioni exemplisque verba addiderit δ καὶ παρήχησις ὀνομάζεται et, qui de παρηγήσει dicunt, Hermogenes anonymusque rhetor παρονομασίαν non perhibeant neque Phoebammonis quae sub παρονομασίᾳ prolata sunt exempla ab illa definitione παρηγήσεως abhorreant, veteres παρονομασίαν et παρήχησιν promiscuas habuisse apparet. Sed cum complura genera παρονομασίας distinguenda sint, eos locos quibus assonantia verba non eiusdem stirpis sunt sub παρηγήσεως nomine comprehendere liceat. Iam ad singula genera transeamus:

Antanaclasis i. e. eiusdem verbi contraria significatio apud Thucydidem non invenitur, nisi huc rettuleris I 118, 2, I 93, 3. Plurima sunt exempla translationis, quae facit uti, cum idem verbum crebrius ponatur, non modo non offendat animum, sed etiam concinniore orationem reddat. I 124, 3 καὶ τὴν καθεστηκυῖαν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλιν τύραννον ἡγησάμενοι ἐπὶ πᾶσιν ὁμοίως καθεστάναι. . . II 38, 2 ἐκ πάσης γῆς τὰ πάντα VI 87, 4 ἐν πάντι γὰρ πᾶς χωρίῳ V 66, 1 ἄρχοντες

diekpléontes et peripléontes quae in ed. Speng. exstant legi non posse lexicon docet. At v. Th. VII 36, 4 τοῖς δὲ Ἀθηναίοις οὐκ ἔσσεσθαι σφῶν ἐν στενοχωρίᾳ οὔτε περὶ πλοῦν οὔτε διεκπλοῦν.

ἀρχόντων εἰσίν. VII 70, 8 φεύγοντας φεύγουσιν. VI 11, 1 διὰ πολλοῦ γε καὶ πολλῶν ὄντων. 6 περὶ πλείστον καὶ διὰ πλείστον. VII 67, 1 κρατίστους εἶναι εἰ τοὺς κρατίστους ἐνικήσαμεν. μεγίστη ἐλπίς μεγίστην καὶ τὴν προθυμίαν παρέχεται. 36, 3 ναυμαχίαν οὐκ ἐν πολλῶ πολλαῖς ναυσὶν οὔσαν, quibus de verbis dixerit aliquis litoten οὐκ ἐν πολλῶ translationis causa usurpatum esse. Quodsi cum his verbis comparaveris e. c. VII 70, 4 ξυμπεσουσῶν δὲ ἐπ' ὀλίγω πολλῶν νεῶν, πλείσται γὰρ δὴ αὐταὶ ἐν ἐλαχίστῳ ἐναυμάχησαν non iam latebit quadecausa priore loco litotes, altero positivī et superlativī oppositio facta sit. Nec minus intelleges quid V 55, 1 (τοὺς λόγους τοῖς ἔργοις ὁμολογεῖν) sibi velit ὁμολογεῖν, quod hoc tantum loco per translationem positum esse Classen dicit. Verum tamen quod idem annotavit ad II 68, 9 ,Zugleich führt das τὴν μὲν ἔχθραν ἐποιήσαντο von dem entlegenern Ereignis durch Wiederholung desselben Verbuns zu dem gegenwärtigen: τήνδε τὴν στρατείαν ποιῶνται et ad VI 57, 1 προήεσαν vielleicht absichtlich nach προίεσαι wiederholt: dort ἕκαστα τῆς πομπῆς, hier ἐς τὸ ἔργον', ex scriptoris verbis aliquid, quod non inest in iis, depromptum esse videtur. Nam scriptorem saepius in duobus membris idem verbum studio non adhibito usurpasse demonstrant: III 88, 4 καὶ ὁ χειμῶν ἐτελεύτα καὶ πέμπτον ἔτος ἐτελεύτα τῷ πολέμῳ. I 126, 12 ἤλασαν - ἤλασε. III 76, 1 ἐπέπλει - ἐπέπλεον. I 25, 1 ποιεῖσθαι - ποιῆσθαι. I 136, 4, II 29, 4, VII 57, 2. Ob eandem causam verba VIII 38, 3 οὐ πάνυ εὖ διακείμενοι, ἀλλὰ... ὑπόπτως διακείμενοι idonea non esse videntur quibus librum illum nou perpolitum esse comprobemus.

Sed haec missa facimus; ad eam quae proprie dicitur paronomasia transgrediamur; cuius apud Thucydidem exemplorum omnem expectationem superat et numerus et varietas.

a) idem nomen primum affirmative, deinde negative dictum est: I 74, 3 ἀπό τε τῆς οὐκ οὔσης - ὑπὲρ τῆς... οὔσης. V 92, 4 ἐπὶ πατρίδα οὔσαν - τὴν οὐκ οὔσαν. VII 85, 3 οὐ πολὺ - πολὺ.

b) haud raro scriptori placet enuntiationes ita conformare ut eiusdem adiectivi diversi gradus inter se respondeant: III 14 κοινὴν - κοινοτέραν. VII 55, 1 μέγας - μείζων. VII 68, 2 ἐχθροὶ καὶ ἐχθιστοί. Cuius rei noster quam amans sit, vel maxime ex eo intelleges, quod αἰσχρόν - αἰσχίον ter et gradus adiectivi πολὺς decies fere apud eum inveniuntur!

c) ut eiusdem adiectivi gradus, ita eiusdem verbi genera inter se opponuntur: I 50, 2 ὅποιοι ἐκράτουν ἢ ἐκρατοῦντο. I 51, 1 ἐώρων - οὐχ ἐωρῶντο. I 142, 2 πολέμου δὲ οὐκ ἄρξομεν, ἀρχομένους δὲ... II 97, 4 καὶ αἰσχίον ἦν αἰτηθέντα μὴ δοῦναι ἢ αἰτήσαντα μὴ τυχεῖν. II 79, 2, III 63, 3, IV 29, 2. V 16, 1. 18, 3. VI 64, 1. VII 70, 6.

d) nec vero quidquam saepius fit quam ut eadem verba cum diversis praepositionibus composita vel simplex et compositum inter se opponuntur. I 10, 2 ξυνοικισθείσης πόλεως - κατὰ κόμας οἰκισθείσης. 24, 2 ἀπόκισαν μὲν - ξυνοκισαν δὲ. 30, 4 ἐστρατοπεδεύοντο - ἀντεστρατοπεδεύοντο. 33, 4 καὶ προεπιβουλεύειν αὐτοῖς μᾶλλον ἢ ἀντεπιβουλεύειν. 37, 4 ξυναδικήσωσιν - κατὰ μόνας ἀδικῶσι. 50, 4 ἐπέπλεον - ἀντεπέπλεον. 53, 1 ἔστησαν - ἀντέστησαν, idem 53, 2. 105, 6. 56, 1 μὴ ἀποστῶσιν - ξυναποστήσωσι. 68, 1 προσέδει - δεῖ. 111, 1 ἐπιβάντες - καὶ ἀποβάντες. 115, 5 ἐπανεστήσαν - ἀπέστησαν - ξυναπέστησαν. 138, 3 οὔτε προμαθῶν - οὔτ' ἐπιμαθῶν. Cum omnia huius figurae exempla h. l. enumerari non posse appareat, ea tantum quae sunt in primo libro hic proferre placuit; his subiungimus quae in ceteris libris (sunt in paronomasiae usu non inferiores primo) maxime elucet: III 39, 2 ἐπανεστήσαν μᾶλλον ἢ ἀπέστησαν. 63, 3 προδοῦναι - καταπροδοῦναι. 82, 4 ἐπιβουλεύσας - προβουλεύσας. IV 62, 2 ὑπεριδεῖν - προιδεῖν. VI 76, 2 κατοικίσαι - ἐξοικίσαι. VII 15, 1 μεταπέμπειν - ἐπιπέμπειν. Nec praetermittenda h. l. videtur Mülleri-Strübingii (Polem. Beiträge p. 5) palmaria illa coniectura, qua IV 96, 3 διεφθάρησαν mutavit in διετάχθησαν quod ad παρατεταγμένων refertur. Idem de nominibus et adiectivis dici potest, etsi in iis minus saepe res occurrit. I 44 ξυμμαχίαν - ἐπιμαχίαν. 122, 4 καταφρόνησις - ἀφροσύνη. II 62, 3 μὴ φρονήματι

μόνον, ἀλλὰ καὶ καταφρονήματι. IV 74, 4 γενομένη ἐκ στάσεως μετάστασις. VII 70, 4 ἐμβολαί - προσβολαί. III 43, 4 ὑπεύθυνον - ἀνεύθυνον. 64, 5 ἀκούσιον μηδισμόν - ἐκούσιον ἀπτικισμόν. 113, 1 ὑποσπόνδων - ἄσπονδοι. V 34, 2 ἐπιτίμοι - ἀτίμοι. VI 76, 4 οὐκ ἀξυνετωτέρου, κακοξυνετωτέρου δέ. 79, 2 ἀλόγως - εὐλόγῳ προφάσει. 86, 2 δυνατοί - ἀδύνατοι. Ter opposita sunt ἄπειρος - ἔμπειρος.

e) nec desunt loci quibus contrariorum membrorum verbis idem adverbium additum sit aut eadem praepositio. I 39, 2 οὐ ξυμμαχεῖν, ἀλλὰ ξυναδικεῖν. 3 οὐ μεταλαβόντες τῆς ὀφελίας νῦν μεταδώσετε. III 13, 1 ξὺν κακῶς ποιεῖν - ἀλλὰ ξυνελευθεροῦν. 40, 3 ἐκ τοῦ εὖ εἰπεῖν τὸ παθεῖν εὖ. 42, 2 εὖ μὲν εἰπεῖν - εὖ δὲ διαβαλῶν. IV 19, 3 μὴ ἀντισμύνεσθαι - ἀνταποδοῦναι, VII 81, 5 τὸ γὰρ ἀποκινδυνεύειν πρὸς ἀνθρώπους ἀπονενοημένους (Cl. gegen Verzweifelte sich in den äussersten Kampf einlassen). VIII 38, 3 οὐ πάνυ εὖ διακείμενοι - ὑπόπτως διακείμενοι. III 38, 6.

f) neve credideris haec tam multa Thucydidi satis fuisse; nam praeterea haud pauca sunt, quae huc referri possint. II 40 1 φιλοκαλοῦμεν - φιλοσοφοῦμεν. 60, 3 κακοτυχῶν δὲ ἐν εὐτοχούσῃ. III 82, 8 εὐσεβεία - εὐπρεπεία. 96, 3 ὄμοροι - ὁμόσκευοι. VI 72, 4 πολυαρχίαν - ἀναρχίαν. 87, 2 οὐκ ἄκκλητοι, παρακληθέντες δὲ. VII 21, 3 τολμηροὺς - ἀντιτολμῶντας. 42, 2 παρατείχιμα - περιτείχισαι. 69, 2 ἐπονομάζων - ὀνομασί, ἐπιφανεῖς - ἀφανίζειν. 81, 5 περισταδόν - οὐ ξυσταδόν. VIII 15, 1 ἠλευθέρωσαν, τοὺς δ' ἐλευθέρους. 24, 5 μετὰ ξυμμαχῶν ἔμελλον ξυγκινδυνεύειν. Propter creberrimum huius figurae usum Herbstio assentiar qui II 44 1 pro ἐντελευτῆσαι scribendum esse censuit εὖ τελευτῆσαι. Attamen permultum differt inter Thucydidis et rhetorum usum huius figurae. Nam saepissime apud illum inveniuntur verba, quae figuram efficiunt, sed non sunt in rhetoricum figurae modum collocata. Iterum atque iterum dicimus si apud eum inveniuntur, non inanis ornatus causa verba electa aut collocata esse sed ut ad notionum distinctionem et rerum perspicuitatem plurimum conferant. Quod nemini dubium erit, si reputaverit saepe verbis cum ἀντί compositis lectorem longissime reici, ut I 128, 1 ἀντεκέλευον refertur ad 127, 1 ἐκέλευον, et VIII 20, 2 ἐπικαθελῶν ad 16, 3 καθήρουν - ξυγκαθήρουν (v. schol.). Ex talibus quoque locis illud perspicitur, qualis III 67, 5 οὐ προπαθόντες - πείσονται. Qui igitur illa tam multa exempla perlustraverit, facile intellet scriptorem non ubique rhetorica ratione ductum esse, sed persaepe sequi communem usum Graecae et Latinae linguae quae multo minus quam nostra earundem vocum repetitionem fugiunt. Itaque ut uno exemplo rem illustrem apud Thucydidem saepius invenias πέμπειν - ἀποπέμπειν quam πέμπειν - ἀποστέλλειν.

Sed iam ad ultimum genus paronomasiae pergamus quod supra sub παρηγήσεως nomine comprehendimus. Est autem illud quod annominationem per verba quae sunt non eiusdem stirpis efficit. Quales sententiae hac in re de Thucydide prolatae sint, cognosces, cum legeris: Zu Anfang der Verteidigungsrede der Platäer ist die Parechese πείθειν πειρασόμεθα wegen des rührenden Tones wohl zu beachten. Sed etiam aliis locis invenitur πείθειν πειρασόμεθα et uno quidem, ubi nihil habet quod aptum sit ad misericordiam concitandam, in Brasidae oratione: IV 126, 1. Similiter sonantia saepe fortuita esse apparet; quae autem ad leporem et venustatem conferant, nisi ex rerum sententiis fere non potest collegi. Huc referri possunt haec: I 23, 6 ἀληθεστάτην πρόφασιν, ἀφανεστάτην δὲ λόγῳ. 32, 4 ἀβουλία καὶ ἀσθένεια. 99, 3 ἀπάρασκευοι καὶ ἄπειροι. 129, 3 ἄριστα καὶ κάλλιστα. II 43, 1 ἀσφαλεστέραν - ἀτολμοτέραν. III 34, 2 αὐτόθι αὐθις. 82, 3 εὐσεβεία - εὐπρεπεία. IV 108, 4 ἀσαφεῖ - ἀσφαλεῖ. V 91, 2 ἐπ' ὀφελίᾳ - ἐπὶ σωτηρίᾳ. VII 39, 2 αὐθις καὶ αὐθήμερον. Sed cum rei natura ferat ut voces similiter sonantes praecipue in sententiis artificiosa quadam membrorum et vocum oppositione conformatis usurpentur, permulta παρηγήσεως apud Thucydidem exempla in parisis exstant, quae v. sub παρομοιώσει.

Anaximenes c. XXVII παρίσωσις δὲ ἐστὶ μὲν, ὅταν δύο ἴσα λέγῃται κῶλα. Demetrius de eloc. c. XXV εἶδος δὲ τοῦ παρομοίου τὸ ἰσόκωλον, ἐπὶ ἴσας ἔχη τὰ κῶλα τὰς συλλαβὰς, ὡς παρὰ Θουκυδίδη (I 5, 2) ὡς οὔτε ὧν πονθάνονται ἀπαξιούντων τὸ ἔργον, οἷς τ' ἐπιμελὲς εἶη εἰδέναι οὐκ ὀνειδιζόντων. Thucydidem hoc aliove loco ita exaequandis membris studuisse ut syllabarum eundem numerum elaboraret, nemo contendet. Certe non mirum est quod apud scriptorem quo nullus alius saepius sententias sententiis, notionibus notionibus cum vi ac nervose opponit, membra propè aequalia vel etiam prorsus exaequata creberrima exstant. Quod autem rhetores quidam ἰσόκωλον et πάρισσον distinxerunt, illud ad eundem numerum syllabarum, hoc ad aequalem structuram membrorum referentes: Thucydidem parallelismum quem dicunt verborum secutum esse supra vidimus. Illic etiam cum parisa non fere eluceant nisi in contrariis fieri non potuit quin de iis diceretur, et satis nos demonstravisse credimus non efficiendarum figurarum studio sed sententiarum quam accuratissime exprimendarum ratione scriptorem ductum esse. Qui posterioris aetatis oratores cum Thucydide contulerit, apud illos exaequandi causa in duobus vel pluribus membris persaepe synonyma verba inveniet, apud hunc non modo nihil eiusmodi, sed etiam haud raro unum verbum ad compluria membra pertinens deprehendet (Blass p. 221). Cum igitur apud Thucydidem verbum neque supervacaneum additum neque necessarium omissum videamus, cavendum est ne in aequalibus membris quae in contrariis creberrimis vix evitari poterant studium ei attribuamus quo re vera usus non est. Steinberg p. 11 dicit, daher ist es denn natürlich, dass das Parison, verbunden fast regelmässig mit Homöoteleuton, vorzüglich seine Anwendung findet in der Leichenrede des Perikles. Quae verba nobis quidem qui ad hanc rem examinandam orationes perlegimus, nihil veritatis habere videntur. Παρομοιώσεως autem, ad quam Steinbergii verba referenda videntur, apud Anaximenes haec est definitio: παρομοιώσεως δὲ ἐστὶν ἡ μείζων τῆς παρισώσεως· οὐ γὰρ μόνον ἴσα τὰ κῶλα ποιῆι, ἀλλὰ καὶ ὁμοία ἐξ ὁμοίων ὀνομάτων. Cuius figurae maxime perspicua exempla hic subicimus: I 144, 5 γνώμη τε πλείονι ἢ τύχη καὶ τύλμη μείζονι ἢ δυνάμει. 77, 2 βιάζεσθαι γὰρ οἷς ἂν ἐξῆ, δικάζεσθαι οὐδὲν προσδέονται. 78, 1 βουλεύεσθε οὖν βραδέως ὡς οὐ περὶ βραχέων. 146 ἀκηρύκτως μὲν ἀνύπτως δὲ οὐ. II 1, 1 ἀκηρυκτεῖ legitur. II 62, 4 τά τε δαιμόνια ἀναγκαίως τά τε ἀπὸ τῶν πολεμίων ἀνδρείως. III 38, 7 ζητούντες τε — φρονοῦτες δὲ... 39, 4 μακρότερα μὲν τῆς δυνάμειος, ἐλάσσω δὲ τῆς βουλῆσεως. 82, 7. IV 61, 8 οἷ τ' ἐπίκλητοι εὐπρεπῶς ἀδικοὶ ἐλθόντες εὐλόγως ἄπρακτοι ἀπίσιν. V 9, 5 ἂ τὸν πολέμιον μάλιστ' ἂν τις ἀπατήσας τοὺς φίλους μέγιστ' ἂν ὠφελήσειεν. 91, 2 ἀπόνως μὲν - χρησίμως δὲ... VI 68, 2 οἱ ὑπερφρονοῦσι μὲν ἡμᾶς, ὑπομενοῦσι δὲ οὐ. VII 3, 3 ὄρων τοὺς Συρακοσίους ταρασσομένους καὶ οὐ γαδίως ξυντασσομένους. VIII 96, 5 οἱ μὲν ὀρεῖς οἱ δὲ βραδεῖς μάλιστα γὰρ ὁμοιότροποι γενόμενοι ἄριστα καὶ προσεπολέμησαν.

Alex. N. Sp. III 20 ἐπαναφορά ἐστὶν, ὅταν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος δύο ἢ πλείω κῶλα ἄρχηται. Solitae anaphorae formae apud nostrum quoque haud rarae sunt: πολλοὶ μὲν - πολλοὶ δὲ duodecies fere exstant, εἰ μὲν - εἰ δὲ (ἦν μὲν - ἦν δὲ) sexies; nec desunt ὡς μὲν - ὡς δὲ, ἅμα μὲν - ἅμα δὲ. Rhetoricam vim habent haec exempla: I 33, 2 καὶ σκέψασθε τίς εὐπραξία σπανιωτέρα ἢ τίς τοῖς πολεμίοις λυπηρότερα; 85, 2 καὶ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους πέμπετε μὲν περὶ τῆς Ποτιδαίας, πέμπετε δὲ περὶ ὧν. II 41, 3 μόνη γὰρ - καὶ μόνη. VII 27, 3. Sed nonnumquam duae deinceps enuntiationes per eandem vocem incipiunt, ubi repetitionem simplicitati potius quam artis studio tribuas: I 45, 3 προσῆπον δὲ - προσῆπον δὲ 126, 12 ἤλασαν μὲν - ἤλασε δὲ... III 38, 1 καὶ θαυμάζω μὲν - θαυμάζω δὲ... VI 88, 6 καὶ ἐπεμψαν μὲν ἐς Καρχηδόνα... ἐπεμψαν δὲ καὶ ἐς Τυρσηνίαν. Cuius generis sunt omnia exempla antistrophes: I 23, 5. 25, 1. 136, 4. VII 25, 6. 57, 2. Fortasse excipias VII 12, 2 ...κατὰ θάλατταν. Καὶ δεῖνόν μῃδενὶ ὁμῶν δόξῃ εἶναι ὅτι καὶ κατὰ θάλατταν.

De ceteris elocutionis figuris perpauca sunt addenda. Dion. de comp. verb. c. XXII dicit austeram compositionem, cuius exemplar Thucydides sit, esse ὀλιγοσύνδεσμον. Quod autem ad copulativas quas dicunt coniunctiones attinet, potius sequamur scholiasten qui ad II 41, 4 adscripsit πολυσύνδεσμός ἐστιν ὁ Θουκυδίδης, μᾶλλον δὲ πάντες οἱ Ἀττικοί. Asyndeti haec mihi praesto sunt exempla: I 81, 1. II 49, 5. III 59, 2. 63, 1. VII 77, 1. 71, 4 ὀλοφυρμός βοή, νικῶντες κρατούμενοι, ἄλλα ὄσα... (Hermogenes τὸ δὲ ἄνευ συνδέσμων λεγόμενον ἠθικόν ἐστιν.) Ut asyndeti exempla perrara, ita polysyndeti quod vocamus creberrima sunt, quoniam Thucydides λέξει εἰρομένη utitur: I 108, 3 καὶ - τέ - καὶ - καὶ - καὶ - τέ. — Κλίμακος accuratae definitioni unum exemplum convenit: II 43, 4 καὶ τὸ εὐδαιμον τὸ ἐλεύθερον, τὸ δὲ ἐλεύθερον τὸ εὐφυχον κρίναντες. v. etiam VI 69, 3; V 68, 3. — Ἀντιμεταβολή invenitur I 143, 5 οὐ γὰρ τάδε τοὺς ἄνδρας, ἀλλ' οἱ ἄνδρες ταῦτα κτῶνται. VII 77, 7.

Sententiarum figuras quae in Thucydidis libris leguntur non ex rhetorum praeceptis ortas esse iam supra dictum est. Per se patet in orationibus longe plurimas esse harum figurarum, quas quidem — dico igitur eas quae in orationibus insunt — Steinberg accurate collegit atque subtiliter pertractavit, ita ut nos locos tantum qui in rerum narratione inveniuntur opus sit addere. Ironiam inesse dixerit quis III 29, 1. 31, 2. IV 46, 5. VI 54, 4. VIII 9, 1. Particulam δὲ sententiis quibusdam ironicam dare vim iam Classen (VIII 82, 3) animadvertit. Interrogatio occurrit VIII 96, 2 ubi quantopere amissa Euboea Athenienses afflicti sint scriptor dicit. „Quippe cum eo tempore quo et exercitus Samius defecerat et aliae naves von supererant nec homines qui eas conscenderent, et ipsi seditione laborabant, et incertum erat, quando inter se ipsi concursuri essent, tanta illa calamitas accessisset, qua et classem et, quod maximum erat, Euboeam amiserant, ex qua plus utilitatis quam ex Attica percipiebant: πῶς οὐκ εἰκότως ἠθόμου;” VII 44, 1 πῶς ἂν τις σαφῶς τι ἕδει; v. VI 35, 1. Oxymori quod dicunt exempla aliquot congerimus: IV 14, 3 ἐκ γῆς ἐναυμάχου, ἀπὸ νεῶν ἐπεζομάχου. VII 67, 2 et IV 32, 4 φεύγοντές τε γὰρ ἐκράτου. 18, 2 οὔτινες τὰγαθὰ ἐς ἀμφίβολον ἀσφαλῶς ἔθεντο. VII 70, 8 φεύγοντας φεύγουσιν. V 66, 4 ἄρχοντες ἀρχόντων εἰσίν.

Quodsi quaecunque hac commentatione protulimus atque disseruimus breviter complectimur, haec dicenda videntur: Non est concedendum Dionysio ceterisque qui adhuc de hac re iudicarunt Thucydidem pueriliter vel immodice figuris usum esse: antitheta ut frequentissima, ita nusquam contorta sunt: ex ipsis sententiis profluentes multo minus suavitati atque elegantiae inserviunt, quam nervosa acrisque ut fiat oratio ei sunt inserta. Homoeoteleuti studium in Thucydide fuisse comprobari non potest, quamquam Dionysius, subtilissimus ille iudex, in locis aliquot scriptorem vehementissime reprehendit et recentiores quidam permulta exempla deprehendere sibi videbantur. Paronomasiae contra Thucydides studiosissimus fuit, sed hac in re non, ut Blass (p. 213) arbitratus est, paene invitus et ab indole sua recedens aetatis suae consuetudini indulsit, immo vero ipsi ad orationis vim et perspicuitatem augendam nihil magis idoneum videbatur, quam diversorum huius figurae generum creberrimus usus. Parecheseos exempla et in orationibus et in rerum narratione multo minus sunt frequentia; inveniuntur in brevibus membris inter se contrariis, ita ut παρομοιώσεως figura exsistat. Cum igitur de universo Thucydidis usu figurarum ab solita sententia discedamus, de singulis quoque orationibus et rerum narrationis partibus quatenus et qua ratione figuris distinctae sint dissentimus. Sed angustiis loci impedimur ne hac de re verba faciamus.

Antequam lectorem dimittimus, liceat nobis duos Thucydidis locos qui conclamatisissimorum in numero sint hac occasione oblata breviter tractare. Contrario a librariis non recte intellecto depravatum est I 11, 2: περιουσίαν δὲ εἰ ἦλθον ἔχοντες τροφῆς καὶ ὄντες ἀθρόοι ἄνευ ληστείας καὶ

γεωργίας ξυνεχῶς τὸν πόλεμον διέφερον, ῥαδίως ἂν μάχῃ κρατοῦντες εἶλον, οἳ γε καὶ οὐκ ἄθροοι ἀλλὰ μέρει τῷ αἰεὶ παρόντι ἀντείχον, πολιορκία δ' ἂν προσκαθεζόμενοι ἐν ἐλάσσονί τε χρόνῳ καὶ ἀπονώτερον τὴν Τροίαν εἶλον. Qui hunc locum temptaverunt, haud satis perspexisse videntur Thucydidem dicere voluisse: ad Troiam, maximam urbem et moenibus turribusque egregie munitam, capiendam duas res necessarias fuisse: et ut Graeci aciem Troianam pugna devincerent et ut urbem obsessam tenerent, quod alterum nisi illud praecessisset fieri non potuisset.*) Eam ob rem et μάχῃ κρατοῦντες (in offener Feldschlacht Sieger seiend) et πολιορκία προσκαθεζόμενοι (in regelrechter Belagerung sich davorlegend) ad unum verbum εἶλον in fine enuntiationis positum referenda et genuina lectio priore εἶλον deleteo et particula μὲν post μάχῃ inserta restituta esse videtur: περιουσίαν... διέφερον, (incipit apodosis) ῥαδίως ἂν μάχῃ μὲν κρατοῦντες (οἳ γε... ἀντείχον) πολιορκία δὲ προσκαθεζόμενοι... Τροίαν εἶλον. Cum ἐλάσσονί τε χρόνῳ καὶ ἀπονώτερον ad εἶλον addita sint, ῥαδίως cum μάχῃ κρατοῦντες coniungendum est, quod adverbium enuntiatione relativa parenthetice interposita confirmatur. De particula ἂν repetita et non ad verbum finitum, sed ad participia posita v. grammaticos (Krüger 69, 7, 3 et indicem edit. Krüg. sub vocula ἂν).

III 30, 4 καὶ μὴ ἀποκνήσωμεν τὸν κίνδυνον, νομίσαντες οὐκ ἄλλο τι εἶναι τὸ καινόν (Gr. C. F. M. κενόν) τοῦ πολέμου ἢ τὸ τοιοῦτον, ὃ εἴ τις στρατηγὸς ἐν τε αὐτῷ φυλάσσειτο καὶ τοῖς πολεμίοις ἐνορῶν ἐπιχειροίη, πλείστ' ἂν ὀρθοῖτο. τὸ καινόν τοῦ πολέμου] schol: τουτέστι τὸ ἐπιπεσεῖν ἀφυλάκτως τοῖς ἐχθροῖς· οἳ δὲ ἐξηγοῦνται τὸ διάκενον ἔργον τοῦ πολέμου. Reiske: foramen quasi belli. Portus: novas rationes belli. Krüger: das (sogen.) Ueberraschende. Classen: die nie zu berechnenden, immer neu eintretenden Umstände und Ereignisse im Kriege. Quae notio h. l. desideratur? Teutiaplus Eleus ducibus navium Peloponnesiarum suadet ut ad Mytilenen qua Athenienses paulo ante potiti erant quam celerrime navigarent: nam verisimile esse ait Athenienses urbis nuperrime captae custodiam eamque praecipue a mari neglegere, itaque spem esse impetu nocturno et eorum qui in urbe a Lacedaemoniis starent auxilio illos facile posse opprimi. Quid aliud dicit his verbis orator quam occasionem talem esse ut nunquam meliorem essent nacturi? Aptissime igitur sequuntur verba καὶ μὴ ἀποκνήσωμεν τὸν κίνδυνον, νομίσαντες οὐκ ἄλλο τι εἶναι τὸν καιρὸν τοῦ πολέμου. Classen (app. p. 19) recte monet notionem quae h. l. desideretur, ex verbis a Thucydide additis ἢ τὸ τοιοῦτον... ὀρθοῖτο expromendam esse. Haec autem verba neque τὸ καινόν neque τὸ κενόν explicant, sed definiunt τὸν καιρὸν τοῦ πολέμου.

*) Optime hoc intellegas, si comparaveris quae de Syracusis obsessis dicuntur VI 96, 1. οὐδ' εἰ κρατοῖντο μάχῃ, ἀποτεχισθῆναι. VII. 6, 4; 43, 2.



γεωργίας ξυνεχῶς τὸν πόλεμον διέφερον
 μέρει τῷ αἰεὶ παρόντι ἀντείχον, πολιορκουμένην
 τὴν Τροίαν εἶλον. Qui hunc locum tenuisse
 voluisse: ad Troiam, maximam urbem
 res necessarias fuisse: et ut Graecae
 tenerent, quod alterum nisi illud prius
 (in offener Feldschlacht Sieger sei
 sich davorlegend) ad unum verbum
 priore εἶλον delete et particula μέν
 (incipit apodosis) ῥάθιδως ἂν μάχῃ μὲν
 Τροίαν εἶλον. Cum ἐλάσσονί τε χρόνον
 coniungendum est, quod adverbium
 particula ἂν repetita et non ad verbum
 69, 7, 3 et indicem edit. Krüger. sub

III 30, 4 καὶ μὴ ἀποκνήσωμεν τὸν πόλεμον
 M. κενόν) τοῦ πολέμου ἢ τὸ τοιοῦτον
 ἐνορῶν ἐπιχειροίη, πλείστ' ἂν ὀρθοῖτο
 τοῖς ἐχθροῖς· οἱ δὲ ἐξηγοῦνται τὸ δευτερον
 novas rationes belli. Krüger: das (sich
 neu eintretenden Umstände und Eleus
 Eleus ducibus navium Peloponnesi
 erant quam celerrime navigarent: ad
 custodiam eamque praecipue a maiore
 urbe a Lacedaemoniis starent auxili
 quam occasione talem esse ut
 verba καὶ μὴ ἀποκνήσωμεν τὸν πόλεμον
 Classen (app. p. 19) recte monet
 ἢ τὸ τοιοῦτον... ὀρθοῖτο expromerent
 explicant, sed definiunt τὸν καιρὸν

*) Optime hoc intellegas, si con
 μάχῃ, ἀποτειχισθῆναι. VII. 6, 4; 43, 2.

© The Tiffen Company, 2007

TIFFEN® Gray Scale

R G B
 G B
 W G K
 Y M

A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19

εἶ γε καὶ οὐκ ἄθροοι ἀλλὰ
 τε χρόνῳ καὶ ἀπονώτερον
 lentur Thucydidem dicere
 munitam, capiendam duas
 et ut urbem obsessam
 ob rem et μάχῃ κρατοῦντες
 regelrechter Belagerung
 referenda et genuina lectio
 ur: περιουσίαν... διέφερον,
 κία δὲ προσκαθεζόμενοι...
 θίως cum μάχῃ κρατοῦντες
 serposita confirmatur. De
 a v. grammaticos (Krüger

εἶναι τὸ καιρὸν (Gr. C. F.
 ἄσσοιτο καὶ τοῖς πολεμίοις
 οὐκ ἐπιπεσεῖν ἀφυλάκτως
 amen quasi belli. Portus:
 e zu berechnenden, immer
 desideratur? Teutiaplus
 enienses paulo ante potiti
 s urbis nuperrime captae
 nocturno et eorum qui in
 iud dicit his verbis orator
 Aptissime igitur sequuntur
 τὸν καιρὸν τοῦ πολέμου.
 verbis a Thucydide additis
 ε τὸ καιρὸν neque τὸ κενόν

untur VI 96, 1. οὐδ' εἰ κρατοῖντο

